

| Post hec est notandum, quod sicut Dominus Iesus  
5 crucifixus in triplici habitudine suam vitam ordinavit et  
conclusit, ut paulo ante est dictum, | ita via triplicis vite electi in  
Deum diriguntur, vita scilicet sensuali vel carnali, vita humana  
vel rationali, vita divina vel spirituali. In prima vivendum est  
electis sobrie, in secunda iuste, in tercia pie, sicut scriptum est  
10 ad Tytum II<sup>o</sup>: *Apparuit gracia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie, iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem.* ~~Et prout videtur similiter hanc distinccionem significavit idem Apostolus *expectantes beatam spem.*~~ Et prout videtur similiter hanc distinccionem significavit idem Apostolus Colossensium III<sup>o</sup> dicens: *Induite vos ergo sicut electi Dei*  
15 | (quoad primam vitam sensitivam), *sancti* (quoad secundam humanam) *et dilecti* | (quoad tertiam divinam). In prima maxime vivitur fide, in II<sup>a</sup> gaudetur spe, in tercia curritur et dilatatur | caritate. In prima harum apud hominem cristianum Cristus est via, in secunda veritas, in tercia vita. Et hee tres dicte  
20 vite unum sunt vel una vita in homine.

| D 144r

| B 50v<sup>a</sup>

| P 147v<sup>a</sup>

| O 413v<sup>a</sup>

| D 144v

---

**4** ut...dictum] *om. D* | est dictum] dictum est *PCBMk* | ita] ista *Mk* | via] *om. B* **5** vita scilicet] scilicet vita *P* | vel] et *B* **6** vel<sup>1</sup>] et *B* | vel<sup>2</sup>] et *B* **7** sobrie] pie *P* **8** ad Tytum] Tyti *PC*, ad *om. BMk* | ad...IIo] *om. D* **9** impietatem] omnem inpietatem *DMk* **10** iuste] et iuste *Mk* | et pie] *om. D* **11** mundo *O* **12–13** expectantes...Apostolus] *om. D* **13** significavit] signavit *PB* **14** Colossensium...dicens] Et ad Colossenses *D* | IIIo] *III B* | ergo] *om. D* **16** dilecti] electi *B* **17** curritur] cernitur *Mk* **19** hee] *hec PC*

---

**8–11** Apparuit...spem] Tit. 2,11-13 **14–16** Induite...dilecti] Col. 3,12  
**17–18** fide...caritate] cf. 1 Cor. 13,13 **19** via...vita] cf. Ioh. 14,6